Q. D. B. V.

DE

VICARIATU

DISSERTATIO ALTERA

QUA

JURA VICARIORUM SACRI ROMANI IMPERII IN AVREA BULLA NON EXPRESSA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRAESIDE

JO. BALTHAS. WERNHERO, D.
PAND. PROF. PUBL. COLLEGIORUMQUE JURIDICORUM ASSESSORE
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

AD D. XXVII. JUL. MDCC XI.

IN AUDITORIO JURIDICO

H. L. Q. C.

PUBLICE VINDICABIT

CHRISTIANUS MEISNERUS
SORBIGA-MISNICVS.

EDITIO SECUNDA.

VITEMBERGAE, STANNO GERDESIANO. 1717.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

§. I.

COnnexio.

§. 2. *Poteſtas Interregum ex indole Temporariæ Majeſtatis æſtimanda eſt.*

§. 3. *Expreſſa reſtrictio Poteſtatis Vicariæ nulla datur, niſi in Aurea Bulla.*

§. 4. *Reſtrictio tacita quomodo fiat ?*

§. 5. *Declaratio implicita eorum, qui vicariam poteſtatem deferunt.*

§. 6. *Poteſtas hæc metienda juxta tempus, quo delata eſt.*

§. 7. *Applicatio ad Vicarios S. R. Imperii.*

§. 8. *An Vicarii ad Capitulationem adſtricti ſint ? negatur, Ratio I. Ratio II.*

§. 9. *Afferuntur dubia, eademque reſolvuntur.*

§. 10. *Objectio ab Antiquitate Capitulationis petita diluitur.*

§. 11. *Nec obſtat, quod ipſi Vicarii Electores Capitulationi ſubſcribant.*

§. 12. *Diſſentientes ex propriis principiis refelluntur.*

§. 13. *Vicariæ Poteſtatis Amplitudo.*

§. 14. *Tranſitus ad recenſendas opiniones contrarias.*

§. 15. *Sententia Limnæi ejusque inconſtantia in hoc argumento.*

§. 16. *Refellitur.*

§. 17. *Argumentum pro generalitate poteſtatis Vicariæ ex A. B. deſumtum.*

§. 18. *Alia Objectio Limnæi.*

§. 19. *Vicariorum inepta comparatio cum mandatario generali.*

§. 20. *Vicariatus Origo Antiquiſſima. Notatur Illuſtris Dn. Coccejus.*

§. 21. *Reſponſio ad Objectiones Domini Cocceji.*

§. 22. *An Vicariatus Saxonici Origo a Palatinatu pendeat, dubium eſt; aliqui ex Archi-Mareſchalliæ Officio derivant. Probant hoc I. ex diſpoſitione Aureæ Bullæ.*

§. 23. *II. ex Jure Alem.*

§. 24. *III. ex Confeſſione Elect.*

Digitized by Google

Saxon. Significatio Vicariatus per ſolennes literas jam olim in uſu fuit.

§. 25. *An literas illas Status Imperii publicare teneantur? Cujus nomine publicatio fieri debeat?*

§. 26 *Refutantur illi, qui poteſtatem Vicariorum ex Uſu & Obſervantia repetunt.*

§. 27. *Alii eam reſtringunt ad negotia, quæ moram non ferunt.*

§. 28. *Adeoque Gratioſa & Reſervata excipiunt. Refelluntur. Schilterus ſibi ipſe contrarius.*

§. 29. *Vicarii recte concedunt privilegia. An uti posſint formula: Ex plenitudine poteſtatis?*

§. 30. *Inhibitio Palatini ad Bibliopolas, ne privilegia a Bavaro petant.*

§. 31. *Vicarii habent Jus Confirmandi Academias. Rintelenſis Academia a Vicario fundata.*

§. 32. *Concedunt Literas Moratorias. Ejus juris Exemplum.*

§. 33 *Jus ſolennes Nundinas indulgendi. Refutatur opinio contraria.*

§. 34. *Jus Civitatis dant. In protectionem Imperii recipiunt.*

§. 35. *Jus Legitimandi exercent. Famam & honores reſtituunt. Notatur Rumelinus.*

§. 36. *Honores tribuunt. Speciatim Jus Nobilitatis concedunt. Exemplum. Equites creant. Exemplum. Barones etiam & Comites creare poſſunt.*

§. 37. *Comitia agitare & LL. Univerſales condere queunt. Rationes Diſſentientium; Ad eas reſpondetur.*

§. 38. *Vicarii non omnia Jura diviſim exercent.*

§. 39. *Conſentiunt plures. An Vicarii nonniſi conſulto Elect. Mogunt. Comitia indicere queant? Notatur Lautenſack. An ſine prævio Electorum Conſenſu?*

§. 40. *Vicarii Monetam Imperialem cudere queunt. Exempla. An & Jus Monetæ cudendæ aliis concedere posſint? An hoc ſine Electorum Conſenſu?*

§. 41. *An Vicarii Jure Belli & Pacis gaudeant?*

§. I.

Connexio.

IN ſuperiori Diſſertatione expoſita ſunt Jura, quæ Serenisſimis Imperii Interregibus A. B. expreſſe tribuit; nunc videndum, an & quænam Jura præter illa expreſſa iisdem competant.

Poteſtas Interregum ex indole Temporariæ Majeſtatis æſtimanda eſt.

§. II. Hic vero ex indole temporariæ Majeſtatis, quæ in Vicarios, Interregno durante, tranſit, liquido manifeſtum eſt, omnes illius velut partes ac Jura, ſive Reſervatorum, ſive alio quocunque nomine veniant, penes hos eſſe; niſi quatenus illi, qui eam detulerunt, contrariam voluntatem ſuam declararunt.

Expreſſa Reſtrictio Poteſtatis Vicariæ nulla datur, niſi in A. B.

§. III. Declaratio hæc vel expreſſe, vel tacite fieri intelligitur. Expreſſæ declarationis de reſtringenda Vicariorum poteſtate nullum aliud veſtigium reperire licet, quam quæ in A. B. circa Inveſtituram quorundam Feudorum, nec non alienationem bonorum Imperii extat.

Reſtrictio tacita quomodo fiat?

§. IV. Tacita declaratio de limitanda Interregum Majeſtate, ex ipſa negotii indole per fortisſimas præſumtiones & rectæ interpretationis regulas elicienda eſt.

Declaratio implicita eorum, qui Vicariam poteſtatem deferunt.

§. V. Nempe Illi, qui ſummam Poteſtatem ad tempus, Interregno durante, exercendam alicui deferunt, nec tamen, quam late illa patere, aut quibus limitibus terminari debeat, definiunt, id velle cenſentur, quod illa eodem modo, quo ſe tempore delationis per Leges fundamentales & inſtituta Regni habet, transire debeat.

Poteſtas hæc meti-

§. VI. Dico: *tempore delationis;* Nam ubi Majeſtas, ſive perpetua, ſive temporaria, ſemel competere cœpit, jus Principi, vel Interregi, quæſitum eſſe intelligitur, quod

Digitized by Google

enda juxta tempus, quo delata eſt.

quod ipſi ex poſtfacto non aliter, niſi liquido conſentienti, & jus ſuum remittenti, auferri poteſt.

Applicatio ad Vicarios S. R. Imperii.

§. VII. Hæc Civilis Philoſophiæ principia ad Vicarios Imperii Romano Germanici facillimo negotio transferre licet. Cum enim horum poteſtas a Carolo IV. Statibusque Imperii per *Auream Bullam* extra omne dubium poſita ſit, eodem modo, iisdemve conditionibus Majeſtas temporaria Ipſis confirmata eſſe intelligitur, quibus eo tempore perpetua penes Imperatores fuerat. Nec proinde pacta ſequentium Imperatorum, quibus horum poteſtas coarctata magis eſt, præjudicare ipſis ullo modo potuerunt.

An Vicarii ad Capitulationem adſtricti ſint?

§. IIX. Ex his facile, puto, decidi poteſt maximi momenti quæſtio: *An Vicarios Imperii obligent Capitulationes Imperatorum?* Quam pene nullus eorum, qui inter Juris Publici Doctores nomen profitentur, affirmat, plures titubanter ſententiam dicunt, plerique omnes negant.

Negatur.

Atqui ex principiis, quæ huic doctrinæ ſubſtravimus, nihil firmiori nexu conſequi puto, quam Interreges noſtros nulla Capitulatione teneri.

Ratio I.

Harum enim nulla ætatem Aureæ Bullæ attingit; ut poteſtatem Vicariis confirmatam tacite limitaſſe videri posſit.

Ratio II.

Et quævis Capitulatio ſimplex pactum inter Principes ac cæteros Imperii Status ab una, & Imperatorem vel Regem Romanorum ab altera parte, continet; cum Vicariis autem nulla prorſus conventio ſubeſt. Atqui notisſima hæc pactorum natura ac indoles eſt, quod ſolos paciſcentes ligent, ad tertium vero, qui non ſimul pactus eſt, vim obligandi haud quaquam extendant.

Afferuntur dubia, eademque reſolvuntur.

§. IX. Equidem animadverto, intelligoque difficultates, quæ huic opinioni ſe objiciunt; non tantas tamen, quin facili reſponſione tolli ac removeri poſſint. Primo

mo abſurdum, vel ſaltem incongruum eſſe videtur, Vicarium liberiori jure poteſtateque uti, quam eum, cujus vices gerit. Quod argumentum pondus aliquod habere poſſet, ſi expeditum foret id, quod Principii loco aſſumitur, nempe Sereniſſimos Interreges Imperatoris Vicarios eſſe. Jam cum exploſa dudum hæc ſententia ſit, Iidemque proprio Jure Summam poteſtatem nomine Imperii obtineant, hujus norma, ac veluti menſura poteſtas Imperatoris conſtitui nequit. Quod vero in eadem Rep. poteſtas temporaria liberior eſſe posſit, quam illa, quæ & Anteceſſori & Succeſſori ad tempus vitæ conceſſa eſt, omni abſurditate caret. Cum multæ validæque rationes urgere queant, ut arctioribus multo finibus circumſcribenda videatur poteſtas ejus, qui non ad tempus, ſed perpetuo rerum potitur, atque adeo premendæ Ordinum libertati, abſolutæque potentiæ ſtabiliendæ graviori periculo imminet. Quod ſtudio fuſius non perſequor; & ſubodorari facile eſt illis, quibus ex hiſtoriarum monumentis perſpectæ ſunt rationes politicæ, quæ occaſionem præbuerunt, ſcribendæ primum Capitulationis, quum Princeps, plurium Regnorum Dominus, a quo Status Imperii libertati ſuæ non ſine ratione metuebant, in ſolium Imperii evehendus eſſet.

Objectio ab antiquitate Capitulationis petita diluitur.

§. X. Præterea contra nos urgeri poteſt, quod Capitulationes, formæ licet externæ & ſcripturæ intuitu ſupra ætatem Caroli V. haud aſcendant, tamen quoad tenorem pervetuſtæ ſint, & ipſius Aureæ Bullæ tempora longo poſt ſe intervallo relinquant. Quod quidem de pleriſque capitibus facile conceſſerim; non tamen de omnibus; Exempli loco poteſt eſſe, quod Imperator per Capitulationem fidem dat de Comitiis ſine Electorum con-

conſenſu non cogendis, item de Reſidentia extra Imperium non habenda, aliaque plura, quæ tempore Aureæ Bullæ Imperatorum arbitrio relicta deinceps augendæ Capitulationi materiam præbuerunt.

Nec obſtat, quod ipſi Vicarii Electores Capitulationi ſubſcribant.

§. XI. Forte etiam non deſint, qui ad æquitatem naturalem provocent, quæ id juris, quod quis in alium ſtatuit, in ſe ipſo admittere jubeat; ut proinde Vicarii, qui in condenda Capitulatione ſimul concurrunt, eandemque ſubſcriptione ſua muniunt, nihil, quod eidem adverſetur, jure facere poſſe videantur. Atqui Saxo & Palatinus, Electores, in Capitulationis negotio non aliter, quam tanquam præcipua quædam Imperii Membra, concurrunt, hujusque nomine, non vero ceu Vicarii cum Ipſo paciſcuntur. Et qui me ſibi ac Civitati ſuæ, cujus membrum eſt, ad ſummam mille thalerorum præſtandam devincit, non hoc ipſo id agere intelligitur, ut ſe quoque ad parem ſummam Civitati ſolvendam adſtringat; necniſi per maximam iniquitatem huic occinas memoratam Juris Naturalis regulam.

Diſſentientes ex propriis principiis refelluntur.

§. XII. Et quid, quæſo, opus eſt plura? Illi ipſi Legum publicarum Interpretes, qui hanc ſententiam oppugnant, ſaltem majori ex parte, Vicariam poteſtatem ejusmodi regula comprehendunt, quod quicquid juris per Auream Bullam expreſſe negatum interdictumque haud eſt, eodem uti Vicariis liceat. Cur ergo deinceps eandem poteſtatem in anguſtias redigunt, ac illa denegant, quæ tempore Aureæ Bullæ Imperatoribus competebant, ac poſtea peculiari pacto Ipſis ſolis ademta ſunt?

Vicariæ Poteſtatis amplitudo.

§. XIII. Præterquam igitur, quod Vicariorum in Imperio Romano Germanico poteſtas ex vetuſtisſimo Inſtitu-

ſtituto & ætate Aureæ Bullæ multo antiquiori repeti debeat; tamen, quocunque illius originem referas, nihil juris, quod quidem tempore conditæ Bullæ Imperatoribus competebat, Iisdem ulla lege vel pacto ademtum oſtendi poteſt, præter ſolam quorundam feudorum Inveſtituram, & bonorum Imperii alienationem. Quamvis hujus intuitu eodem jure hodie cum ipſis Imperatoribus illos uti, neminem latere poſſit.

§. XIV. Enimvero, cum hac in re illi, qui Juris Publici Interpretes ſe ferunt, inter ſe multum diſſentiant, celebriores eorum opiniones recenſere, &, quid ſolidi in receſſu habeant, perveſtigare libet. *Tranſitus ad recenſendas opiniones contrarias.*

§. XV. Ubi initio mirari ſubit inconſtantiam *Limnæi*, qui cum *in Jur. Publ. L. 8. c. I. n. 35.* cenſuiſſet, poteſtatem Vicariorum A. B. verbis haudquaquam circumſcribi, ſpeciatimque Academias confirmandi jus Illis aſſeruiſſet, deinde in alia omnia verſus *Addit. c. l. & ad A. B. c. 5.* §. 2. tam anguſtos Vicariæ poteſtati limites deſignavit, ut, præter ea, quæ A. B. expreſſe tribuit, omnia reliqua denegaret. Atqui contraria via, quam initio ingreſſus erat, incedendum Limnæo fuerat, ſtatuendumque, omnia jura, quæ ademta haud ſunt, Illis relicta intelligi. *Sententia Limnæi ejusque inconſtantia in hoc argumento.*

§. XVI. Primo enim Vicariorum Jus non cum A. B. demum coepit, ſed ex perantiquo Imperii inſtituto pendet; quo aliquos poteſtati eorum fines poſitos fuiſſe, oſtendi nequit. Cumque juris prioris mutatio nunquam præſumatur, tum vero, jure ſemel quæſito, nemo cedere intelligitur, niſi qui animum remittendi liquido declaret; eoque caſu renunciationem ultra ea, quæ expreſſa ſunt, haud extendi oportere, rationis eſt. Quæ interpretatio etiam in privato- *Refellitur.*

Digitized by Google

rum conventionibus ſervari ſolet. Nullam vero aliam Legem, quæ poteſtatem illam Vicariorum antea illimitatam ac indefinitam reſtrinxerit, deprehendere licet, quam ſæpe laudatam Caroli IV. Bullam; quæ hinc tanquam Lex Fundamentalis correctoria ſtrictisſime accipienda, neque ultra eas, quas diſertis verbis complectitur, limitationes de Inveſtitura Feudorum Regalium & Alienatione Bonorum Imperii proferri debet; multo minus ſilentium ad reſtringenda aut excludenda penitus quædam Jura allegari poteſt.

Argumentum pro generalitate poteſtatis Vicariæ ex A. B. deſumtum.

§. XVII. Imo, niſi magnopere fallor, ad evincendam generalem Vicariorum Imperii poteſtatem nullum firmius argumentum afferri poteſt, quam quod ipſa A. B. ſuppeditat. Quod ſi enim is animus Carolo IV. & Statibus Bullam condentibus fuerat, ut nullo Interreges alio jure, quam cujus Illa expreſſam mentionem faceret, frui deberent; otioſæ ſane & abſurdæ futuræ erant Limitationes, quas Illa Juribus quibusdam ibi recenſitis ſubjicit. Non ignoro, quid regeri hic ſoleat, excipiendam nempe fuiſſe inveſtituram Feudorum Regalium, ne ſub poteſtate inveſtiendi generatim conceſſa & ipſa ſubintelligi videretur. Atenimvero demus licet, non ſine nervis hanc inſtantiam eſſe; Quid vero de alienatione bonorum Imperii, quæ alteram Limitationem abſolvit, dicemus? Saltem hæc ſuperflua, & ſine ulla ratione adjecta foret; quod de Lege Fundamentali, ac tam ſolenniter condita opinari, nemo fortasſis auſit.

Alia Objectio Limnæi.

§. XIIX. Objicit *Limnæus:* Poteſtatem alienandi ne tum quidem penes Imperatores fuiſſe; Quid inde? Satis eſt, quod Aurea Bulla ſubtrahendo illam Vicariæ Poteſtati in reliquis eandem intactam reliquerit; perinde ut alias Exceptio regulam in caſibus non exceptis firmare vul-

vulgo perhibetur. Prætereo libens rationum momenta, quibus *Strauchius Diſſ. d. Oppign. Imp. th. 22.* non citra veritatis ſpeciem conficere ſtudet, tempore conditæ Aureæ Bullæ Imperatores facultatem alienandi ſaltem quoad utile dominium habuiſſe.

§. XIX. Quocirca inſignis error eſt, quem contra Civilis Diſciplinæ Principia complures admittunt, qui Sereniſſimorum Interregum Jura ex poteſtate Procuratoris ſeu Mandatarii generalis æſtimant; quæ ad actus magni momenti ac præjudicii citra expreſſam Mandantis voluntatem haudquaquam pertinere intelligitur. Atqui Poteſtas Vicariorum Imperii non mandata eſt, ab alieno velut arbitrio pendens; ſed propria, quæ ex veteri Inſtituto, per Legem Fundamentalem confirmato, competit. Et valde arida atque jejuna Philoſophia eſt, quæ negotia publica juxta modulum Legum Civilium metitur. Qui mandatum ſuſcipit, is minus recte, ſuo velut jure, poſcit, ut ſibi potius, quam alii, negotium demandetur. Atqui Vicariorum Imperii poteſtas non demum per Auream Bullam libere delata, ſed ex neceſſitate confirmata tantum eſt. Qui mandatum alteri dat, revocare illud, re integra, ſemper poteſt; imo etiam re non amplius integra, ſi modo Procuratorem indemnem ſervare velit. Quam inſulſe vero hæc omnia ad poteſtatem Vicariorum Imperii æſtimandam accommodantur, quæ ipſis invitis imminui aut reſtringi nullo modo poteſt?

Vicariorum comparatio cum mandatario generali.

§. XX. Cæterum ad ſpecialiora progredienti moram injiciunt illi, qui negant id, quod nos tanquam certum ac indubitatum ſuppoſuimus, Vicariatus nempe utriusque originem ultra ætatem Aureæ Bullæ aſcendere. Sed hos, ſi aliunde nondum dubiis ſuis ſatisfactum eſſe putent, remitto ad *Illuſtris Cocceji* Elegantisſimam *de Lege Sa-*

Vicariatus origo antiquiſſima.

Salica Orationem ; ubi hoc de Origine Vicariatus argumentum præclare executus eſt. Verum in eo haud dubie *Summus Vir*, quod pace Ipſius fateri liceat, vel ipſis rerum argumentis refellitur, dum pag. 41. *Saxonem Vicarium plane non eodem Ordine cum Vicario generali Imperii* (pro quali ſolum Palatinum habet) *eſſe, neque cum hoc in eodem dignitatis genere concurrere*, contendit. Rationes ſententiæ ſuæ ita perſequitur : *Ab hoc univerſali Imp. Vicariatu excepta eſt Provincia Saxonica, in qua ipſe Provincialis Palatii Saxonici Præſes, Sereniſſimus ſcil. Princeps ipſius Elector, Vicariatum Imperii gerit. Cum enim a Carolo demum M. adeoque ſub Imperio, Saxones Franciæ jugum ſubire coacti fuerint, non tam regno Franciæ, quam Imperio ſubjecti, & pars potius Imperii, quam Regni Francici viſi ſunt, legitur diverſo nonnihil a reliquis jure cenſere eos placuit, relicta iis proprio jure, Saxonico ſcil. utendi licentia: Unde adhuc jus Saxonicum Franconico, quod eſt jus Palatinum vel Salicum, in cit. A. B. loco opponitur. Accedit, quod Saxones, non minus quam Franci, libertatis tenaciſſimi, tot annorum laboribus maximis, toties ancipite Marte, tam varia fortuna, adeo crebro ſucceſſu, cruentiſſimis præliis, difficillimis victoriis, vix dum domiti, difficulter plane ad alieni juris obſervationem adigi, & ad Franconici ſeu Salici juris communionem cogi poſſe videbantur. Hinc igitur factum, ut Franci, eorum ſubjectione contenti, permiſerunt, ut Procerum Saxoniæ Palatium provinciale proprio jure uteretur ; & ſenſim quoque, maxime ubi, deficiente Carolidum ſtirpe, ad ipſos Saxones Imperii ſumma, rerumve arbitrium pervenit, indultum illius Palatii Præſidi, Electori ſcil. ut in ſuis terris ac Provinciis juris Saxonici, ipſe Comitivam ſeu Vicariam adminiſtrationem Imperii exercere poſſet.* Et paulo poſt hæc ſubjicit : *Hinc eſt, quod Saxonici Palatii Comes in officio Judicis, & jure audiendi cau-*

Notatur Illuſtris Dn. Coccejus.

ſas

Digitized by Google

ſas Imperatoris plane non concurrat cum Comite Palatino, nec ad ipſum ea dignitas judicandi ulla ratione ſpectare poſſit; qui non Regni, ſed provincialem tantum habet Præfecturam & Vicariatum, cujus vigore nullum univerſale negotium Imperii expedire poteſt &c.

§. XXI. Duplex, ut apparet, argumentum eſt, quo *Illuſtris JCtus* utitur. Unum a judicandi Cæſaris munere, quod ſoli Palatino competit, alterum a Præfectura Palatii Saxonici petitum eſt. Sed, quod pace tanti Viri dixerim, utrumque adverſus generalitatem Vicariatus Saxonici nihil omnino evincit. Primo enim judicandi munus cum Vicariatu Imperii nihil commune habet; deinde nullo ſolido fundamento oſtendi poteſt, olim Palatini Saxonici Jura omnia ſolius Saxoniæ finibus incluſa fuiſſe, neque in communibus & generalibus Imperii negotiis momentum aliquod habuiſſe. Conf. *Dn. Hornii, Diſſ. de Palat. Sax.* *Reſponſio ad Objectiones Cocceji.*

§. XXII. Quid vero? An adeo expeditum eſt, Vicariatum Saxonicum a Palatinatu Saxoniæ tanquam ejus annexum arceſſendum eſſe? Conſtat enim, ab aliis eundem ad Electoralem, vel Ducalem Dignitatem, rurſus ab aliis ad Archi-Mareſchalliæ officium referri. Et hi quidem provocant primo ad Auream Bullam. Neque enim Illa, quod *c. 5. §. 1.* in Palatino factum, in *§. ſeq.* circa Saxonem Palatinatus, ſed tantum Archi-Mareſchalliæ meminit; ut hoc intuitu Vicariatum Ipſi competere, haud obſcure ſignificaret. *An Vicariatus Saxonici origo a Palatinatu pendeat? An ab Archi-Mareſchall. Id aliqui probare volunt.*

§. XXIII. Deinde excitant textum *in Jur. Alem. Feud. cap. 42.* cujus verba huc retuliſſe juvat: Wann ein König von Deutſchen Landen fährt/ ſo mag er des Reichs Marſchalck wohl den Gewalt geben/ daß er den *1. Ex diſpoſitione Aureæ Bullæ. 2. Ex Jure Alem.*

Digitized by Google

den Bann leihe an ſeiner ſtatt/ das iſt der Hertzog von Sachſen/ das ſoll er thun in Thüringen/ Sachſen und Heſſen/ biß gen Böhmen/ und über alle Francken/ wer der iſt/ der iſt ſein Unterthan. Giebt ihme der König den Bann zu leihen / ſo hat der Marſchalck Recht über alle Schwaben/ und an den Rhein/ und durch das Gebürge / biß ins Trieriſche eine Meile; der Pfaltz-Graff zu Rhein hat Gewalt den Bann zu leihen ꝛc.

3. Ex Confeſſione Elect. Sax.

§. XXIV. Præterea, Vicariatum Saxoniæ non tam a Palatinatu, quam Archi-Mareſchallia derivandum eſſe, ex eo contendunt, quod Ipſi Electores Saxoniæ intuitu hujus dignitatis tantum ſibi Munus expreſſe vindicent. Quem in finem adducunt Literas Patentes apud *Lunig.* Reichs-*Archiv. Part. Spec. II. p. 20.* & Müllers Reichs-Tags-Staat. *L. V. p. 725.* quibus *Fridericus III.* Elector Sax. poſt Maximiliani in Italiam diſceſſum Anno 1496. ſuſceptum a ſe Vicariatum Imperii publice ſignificavit; quum demum An. 1507. ab ipſo Imperatore ſpecialis Proviſio Imperii, die Reichs-Stadthalterſchafft/ Eidem demandaretur. In illis vero literis dicunt, Electorem expreſſe ſignificare, cui dignitati Auguſtisſimum Vicariatus Munus in acceptis Ipſe ferret Operæ pretium fuerit, Literas illas Patentes huc recitari: Friedrich von GOttes Gnaden/ Hertzog zu Sachſen/ des Heil. Römiſ. Reichs Ertz-Marſchall/ Chur-Fürſt/ und deſſelben Reichs dieſer Zeit gemeiner Vicarius, hier dieſſeit der Gebürge am Enden/ in unſer Vicariat gehörend/ Land-Graffe in Thüringen/ und Marggraffe zu Meiſſen. Kund und offenbahr ſey allen Männiglichen/ Nachdem wir von unſern trefflichen Räthen/ ſo wir itzo bey der Röm. Königl. Majeſt. gehabt/ war-

lich

Digitized by Google

lich Bericht empfangen haben/ daß dieſer Zeit die Röm. Königl. Majeſt. über die Berge ſich in Lamparten gefügt/ und gezogen/ wann uns dann/ nach alten löblichen Herkommen/ und von wegen unſers Erb-Amts/ von unſern Vorfahren und Eltern auff uns bracht/ Königl. Maj. und des Heil. Römiſchen Reichs Vicarii in Deutſchen Landen und Provincien in ſolch Vicariat gehörende/ zu ſeyn gebühret/ darum wir ſolchen Amt vorſtehen/ das vertreten/ und verweſen wollen/ als Vicarii, Stadt-Halter und Verweſer Königl. Majeſt. in allen Sachen/ ſo des Heil. Röm. Reichs-Verwandten und Unterthane dieſer Lande und Provincien zuthun haben/ und in allen des Heil. Reichs-Händeln/ die Uns/ von wegen angezeigts unſers Vicariat-Amts/ gebühren/ nach unſern beſten Verſtändniß und Vermögen ausrichten/ nachdem wir ſelbſt Begierde und Neigung haben/ den Frieden/ und auch das Recht zu fördern/ das wollen wir hiermit und am beſten allen Ständen im Reiche, hohen und niedern, was Standes ſie ſind/ Geiſtlichen und Weltlichen/ verkündiget haben/ Uns/ als den rechten wahren Erb-Vicarien des obgemeldten Heil. Röm. Reichs/ in ihren anliegenden Sachen/ die ſie vor der Königl. Majeſt./ ſo die Perſönlich innländiſch wäre/ auszurichten hätten/ wiſſen zu beſuchen/ daß denn alſo ein jeder gutwillige und gnädige Verhör und Unterricht/ wie uns geziemet/ empfahen ſolle/ darnach zu richten haben. Datum Torgau/ Donnerſtag/ S. Michaëlis Tag/ mit unſern Zurück auffgedruckten Secret beſiegelt/ Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, Nonageſimo Sexto. Ego judicium meum ſuper gravi hac & intricata quæſtione in præſens ſuſpendo. Illud tamen obiter notari meretur, vel ex ſolis his literis ſolennibus

Significatio Vicariatus per

re-

ſolennes Literas jam olim in uſu ſuit. refelli poſſe errorem eorum, qui huiusmodi ſolennem Vicariatus ſignificationem olim in uſu fuiſſe negant, eumque morem demum Anno 1612. cœpiſſe volunt. In quam opinionem propterea adducti eſſe videntur, quod Publiciſtarum, quos vocant, nemo antiquiores hujusmodi literas vel recenſeat, vel tantum alleget.

An Literas illas Status Imperii publicare teneantur? Cujus nomine publicatio fieri debeat? §. XXV. Sicuti vero dubitandum non eſt, *Literas ſolennes, quibus Vicarii ſuſceptum hoc Munus ſignificant, Principes ac Status Imperii cæteros ab Illis transmiſſas recipere, & publicare teneri*; ita quæritur: *Utrum Literæ illæ Vicariorum, an vero, mutato ſtylo, Dominorum Territorialium nomine publicari debeant?* Qua de re ita ſentio. Libero arbitrio cujusque Territorii Domini relictum intelligi, utrum tales literas ſimpliciter, prout exhibitæ Ipſi ſunt, an ſuo Nomine, inſerto tamen verbotenus integro earum tenore, publicare velit.

Refutantur Illi, qui poteſtatem Vicariorum ex Uſu & Obſervantia repetunt. §. XXVI. Tranſeo nunc ad eos, qui Vicariorum Imperii poteſtatem non quidem illis, quæ Aurea Bulla expreſſe commemorat, Juribus circumſcribunt, ſed tamen, præter illa, nulla alia concedunt, quam quæ per *Uſum & Obſervantiam* ſtabilita receptaque probari posſint. Quæ opinio forte ſola eorum, qui illam amplexi ſunt, Summorum Virorum Auctoritate munitur; cæteroqui omni ratione deſtituta. Nec enim ſolum exercitium ſemel iterumque de facto ſuſceptum ſtatim jus tribuit; nec Principes ac Status Imperii reliqui adeo negligenter alienæ poteſtati indulgent, ut eam extra Cancellos debitos exercentibus ſe oppoſituri haud fuerint; ſi juſtam contradicendi cauſam ſe habere exiſtimaſſent. Non ergo Sereniſſimi Interreges uſu & obſer-

ſervantia, ſed vetuſtiſſimo inſtituto per A. B. confirmato, ac temporaria Majeſtate, qua eminent, tuti ſunt, ac nituntur.

§. XXVII. Rurſus alii putant, ordinatim quidem ac regulariter non alia jura, quam quæ in A. B. expreſſa ſunt, a Vicariis exerceri poſſe; quodſi tamen negotium grave incidat, quod *moram* non ferat, ſed ad ſalutem ac tranquillitatem Reipublicæ faciat, ut differri ad electionem futuri Imperatoris nequeat, illud tunc demum ab Interregibus recte expediri, volunt. Quem in modum inprimis *Schilterus Diſſ. D. Vicar. th. 15.* ediſſerit, ubi hæc habet: *Reliqua autem cuncta Vicariis conceſſa, ſalvo omni jure æſtimantur, quae vel moram, &c. Cuncta dico, quæ ad Imperii commodum & ſalutem ſtatuum ſpectare poſſunt. Nam Imp. naturam conſiderando, ideo Poteſtatem ſupremam in aliquo reſidere invenio, quod omnia in conſervationem boni publici dirigi debeant. Hic enim eſt ſcopus omnium Rerump. & ſocietatum etiam peſſimarum, atque ſicuti ſalus Reipublicæ pro ſumma Lege merito habetur, ita nullatenus ſubſumi poteſt, voluiſſe Legem his, qui vicem imperatoris, tanquam vivi & præſentis gerent, illa adimere, vel non permittere, quibus ſalus publica vel maxime eget, vel ut fundamento innititur. Venia ergo detur quæſo, ſi paulum a rigore Limnæi recedam, ejusmodi nimis ſtricte ferentis ſententiam Tit. 1. L. III. C. de Vicar. Imp. Vicariis amplius conceſſum nihil eſſe, quam quod expreſſum reperitur in A. B. præcipue cum ipſe ſibi contradicat Lib. 8. c. 1. Vicarios ſtatuendo Academiis privilegia concedere poſſe. Iſte itaque Limnæiana regulæ tale potius darem Metamorphoſin, Vicariis non plura adimi poſſe, quam prohibet Aurea Bulla. Reliqua, quæ ſubticentur, pro commisſis habenda, niſi quæ Imperatori ſoli ratione*

Alii eam reſtringunt ad negotia, quæ moram non ferunt.

 Electio-

Digitized by Google

Electionis aut coronationis novæ competunt, ut jus Primariarum Precum.

Adeoque Gratioſa & Reſervata excipiunt. Refelluntur.

§. XXVIII. Quæ ſententia eo pertinet, ut Gratioſa ac Reſervata, quæ vocant, a Vicaria poteſtate exemta cenſeri debeant. Cum non facile incidere poſſit caſus, quo eorum exercitium nullam moram admittat, & cum ſalute Imperii Romano-Germanici neceſſario conjunctum ſit. Enimvero quia talis reſtrictio Aureæ Bullæ incognita, nec ejus veſtigium in cæteris Imperii Legibus Fundamentalibus occurrit, eademque indubitatæ obſervantiæ & indoli Temporariæ Majeſtatis, quam Interreges habent, repugnat, nullam ejus rationem habendam eſſe, in aprico eſt. Sed fallor, aut *Schilterus* ipſe per poſtrema, quæ excitavimus, verba a priori ſententia ſua recedit. Ait enim: *Reliqua, quæ ſubticentur, pro conceſſis habenda; niſi quæ Imperatori ſoli ratione electionis, aut coronationis nova, competant.* Atqui quænam talia ſint, nec Ipſe exprimit, nec aliunde liquet; Quocirca ſi *Schilterus* hæc ſola, quæ plane non dantur, excipit, re ipſa nobiſcum conſentit, ac præter Limitationes Aureæ Bullæ in reliquis generalem ac indefinitam Poteſtatem Vicariis concedit.

Schilterus ſibi ipſe contrarius.

Vicarii recte concedunt privilegia. An uti poſſint formula: Ex plenitudine poteſtatis?

§. XXIX. Quocirca dubitandum non eſt, Sereniſſimos Interreges Privilegia perinde, ac ipſum Imperatorem, concedendi poteſtatem habere. In quibus, ſi vellent, ſuo jure uti poſſent verbis: *Ex plenitudine poteſtatis,* aus vollkommener Macht/ quæ Imperator in exordio præmittere ſolet; ſed alia Vicariis formula ſolennis eſt, quam refert *Thulemar. d. Octovir. c. 22. n. 26.* Thun und geben auch ihm ſolche Freyheit hiermit von des

Heil.

Google

Heil. Reichs Vicariats-Macht wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffes ꝛc.

Inhibitio Palatini ad Bibliopolas, ne privilegia a Bavaro petant.

§. XXX. Unde in ſuperiori Interregno Elector Palatinus ob notiſſimam cum Bavaro ſuper Vicariatu litem ſpeciatim Bibliopolis interdixit, ne Privilegia ab Electore Bavariæ expeterent. Edictum ejus extat in *Theatro Europæo Tom. VIII, p. 381.* & huc recitari meretur: Wir Carl Ludewig von GOttes Gnaden/ Pfaltz-Graf des Rheins/ des Heil. Röm. Reichs Ertz-Schatzmeiſter und Chur-Fürſt/ auch in Landen des Rheins/ Schwaben und Fränckiſchen Rechtens Fürſeher und Vicarius, Hertzog in Bayern ꝛc. ꝛc. Obwohln Reichkundig und jedermänniglich die ins Reich publicirte/ und öffentlich angeſchlagene Patenten / und im Druck ausgegangene Deduction bekandt/ welcher geſtalt nach Ableben weyland des Allerdurchlauchtigſten/ Großmächtigſten und Unüberwindlichſten Fürſten und Herrn/ Herrn Ferdinandi III. erwehlten Römiſchen Käyſers ꝛc. ꝛc. Glorwürdigſten Andenckens/ wir uns des krafft der güldenen Bull / ratione Comitatus Palatini geziemenden Vicariat-Rechtens / in den Landen des Rheins / Schwaben und Fränckiſchen Rechtens nicht allein würcklich unterzogen / ſondern auch wie nichtiglich und ohne Grund ſolcher Chur-Bayeriſchen theils prætendiret werde/ ſattſamlich vor Augen geſtellet/ und dahero uns allein / ſo lange dieſes Reichs Verweſung wehren möchte / in angedeuteten Bezirck privilegia impreſſoria zu ertheilen gebühret; So haben wir jedennoch vernehmen müſſen / daß einige Buchdrucker und Kupfferſtecher dergleichen Privilegia bey Chur-Bayern/ als prætendirten Vicarii Ld. zu ſuchen vermeßlich ſich unterſtanden. Ob nun wohl dieſe nichtiglich ertheilte Privilegia an ſich ſelbſten von kei-

nen Würden/ noch Kräfften/ damit aber jedoch durch Still-ſchweigen nichts eingeräumt und begeben/ ſondern viel-mehr dergleichen Ubertretern aller Schein und Entſchuldi-gung genommen werden möge; So haben wir vor nö-thig ermeſſen/ durch dieſes öffentlich angeſchlagenes Pa-tent jedermänniglich/ inſonderheit aber die Buchführer/ Kupfferſtecher und Buchdrucker obbemeldten unſers Bezircks zu erinnern und zu ermahnen/ daß ſie bey Straffe zwantzig Marck löthigs Gold des Heil. Reichs Cammer unnachläßig zu bezahlen/ dergleichen Privile-gia impreſſoria bey Chur-Bayern Ld. zu ſuchen/ ſich gäntzlich enthalten/ noch auch unter ſolchen nichtiglichen Chur-Bäyeriſchen Privilegio im Druck ausgegangene Bücher/ Tractätlein/ Kupfferſtücke ꝛc. ꝛc. wie die auch einen Nahmen haben mögen/ bey Straffe der Confiſci-rung/ erhandlen/ kauffen/ verkauffen/ vertauſchen/ noch einige Handlung damit treiben ſollen/ Geben auch zu-gleich allen Buchdruckern und Kupfferſtechern vollkom-mene Macht und Gewalt/ alle diejenige Bücher/ Tra-ctaten und Kupfferſtücke/ ſo unter dem nichtigen Chur-Bäyeriſchen Privilegio im Druck kommen/ ohne Beſor-gung einiger Gefahr und Schadens/ nachzudrucken/ zu veräuſſern/ und zu verkauffen/ damit auch dieſe un-ſere Verordnung in ſchuldige Obacht genommen wer-de/ So haben wir unſern und des Reichs Fiſcal und lieben getreuen Bannier Sententio der Rechten Licentia-ten gemeſſenen Befehl ertheilet/ fleißig zu inquiriren/ und damit die Verbrechere zu gebührender Straffe ge-zogen werden mögen/ fleißig Auffſicht zu haben auch al-ler Orten unſern Bezircks/ dergleichen unter Chur-Bayern angemaſte Vicariat-Privilegio ausgegangene Bücher und Kupffer würcklich zu confiſciren und einzu-

ziehen/

ziehen/ wornach ſich ein jeder zu richten/ und vor Schimpff und Schaden zu hüten wiſſen wird/ Geben in unſerer Reſidentz-Stadt Heydelberg/ den 1. Maji 1658. Imo & hujusmodi privilegii Bibliopolis actu conceſſi, non pauca Exempla paſſim extant.

Vicarii habent Jus Confirmandi Academias.

§. XXXI. Inter Reſervata Imperatoris eſt *Jus confirmandi Academias;* quod perinde Vicariis competere fatetur *Limnæus Jur. Publ. L. 8. c. 1. n. 35.* idemque obſervantia Imperii confirmari, aſſerit *Schwederus Intr. ad Jus Publ. m. 743.* Sed idem *Limnæus in Addit. ibi* & *ad A. B. c. 5. §. 2. O. 13. n. 4.* negat. Alii judicium ſuum plane ſuſpendunt; *Vid. Jo. Geſen. de Vit. Acad. Diſp. 15. th. 17. ſeqq. Bechmann. d. Privil. Studioſ. c. 2. n. 7. 8. 9.* Cum ex adverſo ſecundum ea, quæ hactenus a nobis late diſputata ſunt, nullum hac in re dubium cuiquam ſuboriri poſſit. Ac ſpeciatim Rintelenſem Academiam Privilegia ſua primum a Palatino Imperii Vicario accepiſſe, aliunde compertum habeo. Nec vero Sereniſſimis Interregibus hoc jus exercituris obſtare, quod conſtitutio novæ Academiæ moram patiatur, & magni præjudicii ſit, ex dictis abunde liquet. Add. *Itterus de Gradib. Academ. Cap. 6. n. 17.*

Rintelenſis Academia a Vicario fundata.

Concedunt Literas Moratorias.

§. XXXII. Sic etiam *Jus concedendi Literas Moratorias* ſeu Quiquennales, Quinquennel oder Anſtands-Brieffe/ penes Vicarios Imperii eſſe, dubitari nequit, Add. *Lehm. in Philyra A. B. ad Tit. 5. Concl. 3. qu. 2. Cruger. Diſc. Jur. Publ. 19. §. 13.* Et, ne exemplum deſit, poſt Imp. Rudolphi obitum a Palatino Vicario cuidam non incelebri typographo Francofurtenſi ejusmodi quinquennales Literas indultas fuiſſe, meminit *Helfr. Ulric. Hunnius in Diſſert. d. Morat. Dilat. Gieſſæ habita An. 1620. §. 8. in fin.*

Earum Exemplum.

Solennes Nundinas indulgent.

§. XXXIII. *Solemnes Nundinas concedere,* Supremæ Poteſtatis Reſervatum eſt; tam Romanorum Jure,

per *L. 1. ff. & L. un. C. d. Nund. ibique Dd.* quam juxta Leges Imperii, *Vid. R. J. d. A. 1575.* §. Dadurch denn ꝛc. *Reinking. d. Regim. Sec. & Eccleſ. L. 1. Claſſ. 5. c. 8. art. 156.* Easdemque Imperator ſine Ordinum Conſenſu indulget, Add. *Webner. Obſ. Pract. Voc.* Meſſe.

Refutatur opinio contraria.

Elumbia ſunt argumenta, quibus hoc jus Vicariis Imperii competere, aliqui negare audent. Non enim ſequitur, Nullum Exemplum extat; & Vicarii hoc jure non uſi, Ergo defecit. Satis eſt, quod Aurea Bulla de Nundinarum concedendarum poteſtate nullam Exceptionem contineat; uti recte monet Celebratiſſimæ vir memoriæ *Rhetius Diſſ. d. Nundin. ſolenn. Theſ. 5.* Idem nobiſcum præter complures alios affirmat *Schweder. Part. S. 1. c. 17. §. 13.* Ad reliqua diſſentientium argumenta, quod conceſſio hæc moram patiatur, & alicujus præjudicii ſit, præſertim ratione aliarum Civitatum, quæ hoc Privilegio jam tum munitæ ſunt, in ſuperioribus abunde reſponſum eſt. Cur vero eadem ad vim Imperii pertinere non debeat, haud ſane aſſequor; cum utique hoc omnia Majeſtatis Jura vi ſua ac nativa ſignificatione complecti intelligatur.

Jus Civitatis dant.

§. XXXIV. Præterea *Jus Civitatis dare*, imo & *in numerum Civitatum Imperialium ſuo modo recipere*, ſicut poteſtatis Cæſareæ eſt, ita ad Jura Vicariorum Imperii ſine dubio referri debet. De utroque vid. *Sprenger. d. Vicariat. p. m. 411. & 424.*

In protectionem Imperii recipiunt.

Non minus Illi *in protectionem recipiendi* facultate gaudent; ſicut enim adminiſtratio Illis, & temporaria quædam Majeſtas competit; ita generalem Imperii Protectionem Iisdem incumbere, res ipſa monet. Titulo tamen *Protectoris Univerſalis*, der gantzen Chriſtenheit Schutz- und Schirm-Herr / qui Imperatori in *R. J. Aug. A. 1518.* §. erſtlich ꝛc. tribuitur, libere, quod ſciam, abſtinere ſolent. Add. *Sprenger. c. l.*

Digitized by Google

p. 403. ſeq. Quamvis autem loca quædam & Civitates Imperii ſpeciales interdum Protectores habeant, hos tamen generalibus Imperii Vicariis ſubeſſe, rationis eſt; ſive perpetuo, ſive tantum Interregni tempore locorum hujusmodi tutelam gerant. Add. *Mager. d. Advoc. arm. c. 9. num. 112.*

§. XXXV. Porro Sereniſſimi Interreges gaudent Jure *Maculam illegitimæ Nativitatis tollendi;* ſive ex adulterio & Inceſtu, ſive ex ſimplici illicito concubitu genitus quis fuerit; nec non Jure *famam & honores reſtituendi. Camman. d. Jur. Maj. Diſp. 4. th. 48. Roſenthal. d. Feud. C. 5. Concl. 2.* Quem in modum Ferdinandus, Cæſaris in Imperio Vicarius, ſeditioſos ruſticos reſtituiſſe legitur. Vid. Reichs-Abſchied zu Augſpurg *An. 1525.* Conf. *Conſtitutio Ruperti Imp. §. Dantes etiam &c.* Quid autem ſibi velit *Rumel. Ad A. B. Diſp. 4. th. 22.* quando ſpecialem indulgentiam exigit, nec generalem ſufficere putat, non ſane aſſequor; Neque enim hoc jus majoris momenti eſt, quam alia complura, quæ citra ſpecialem conceſſionem ab Interregibus exerceri conſtat. Inane eſt, quod ex *L. 7. & 10. C. d. ſentent. paſſ. & reſtit.* depromitur, dubium. Primo enim ex norma Legum Civilium poteſtas Vicariorum æſtimari nequit. Deinde nihil omnino in citatis Legibus reperire licet, inſtituto noſtro adverſum. Nam ſenſus *L. 7.* eſt, quod deportatus hoc ipſo, quod redeundi facultatem accipiat, non tamen recuperet dignitatem aut locum Militiæ, neque etiam integram exiſtimationem & famam recipiat; quia nempe talis reſtitutio plenarie facta eſſe haud intelligitur. Nam ſi reſtitutio ſimul infamiæ abolitionem expreſſe complectatur, hujus quoque maculam omnem abſtergi, nemo dubitat. Quod vero ad *L. 10. C. eod.* attinet; præterquam quod expeditum

Jus Legitimandi exercent.

Famam & honores reſtituunt.

Notatur Rumelinus.

peditum haud ſit, illam de infamia loqui; ſi tamen de hac intelligatur, rurſus ſpecialis reſtitutio famæ honorisque ſupponi debet. Add. *Brunnem. Comment. ad Cod. c. l.* Nos vero, non quid velint, ſed quid poſſint, Vicarii, hoc loco disquirimus. Add. *Thulemar. cap. 22. n. 26. Cruger. Diſc. Jur. Publ. 19. §. 13.*

Honores tribuunt. Speciatim Jus Nobilitatis concedunt. §. XXXVI. Sed & illud Imperatoris Reſervatum, quod in *Honoribus tribuendis* occupatur, Vicarii recte exercent. Sic ergo *Jus Nobilitatis* perinde, ac Imperator, concedere queunt. Unde Elector Saxo tempore Vicariatus An. 1657. Doctorem quendam Nobilem creaſſe legitur. *Bechm. Exot. Ex. 5. c. 5. in fin.* *Exemplum.* An *equidem facere* poſſint Vicarii, quærit *Sprenger. d. Vicariat. pag. 495.* ſuamque ignorantiam ſimul ipſe fatetur; ac deinceps in negativam ſe libentius concedere, ſubjicit; *Equites creant.* adjecta ratione, quod Imperator die coronationis illud ſolenne, ut extraordinarium quid, obeat, Equites Caroli M. enſe tangendo, creans. Enimvero ſicuti nemo, quod ſciam, negabit, Imperatori etiam extra ſolennem Coronationis actum jus Equites creandi competere, ita nulla ratio afferri poteſt, cur non pari jure eandem facultatem Interreges exercere poſſint. *Exemplum.* Sic Palatinum tempore Interregni Doctori cuidam Nobilitatem Equeſtrem dediſſe, referunt *Limnæus L. 3. Jur. Publ. c. 12. n. 81. Schüz. d. Vicar. n. 12. Stamler. d. Reſerv. Imp. §. ult. n. 3.* Add. *Thulemar. d. Octovir. c. 22.* *Barones etiam & Comites creare poſſunt.* Imo ſi *Baronis*, aut *Comitis*, vel majorem etiam dignitatem conferre Vicariis velit, quid, quæſo, impedimento erit? Cum eodem Jure Cæſares, tanquam Reſervato, utantur. Quamvis haud diffitear, ſtudioſe licet perquirenti, nullum tamen hujusmodi dignitatis a Vicariis collatæ Exemplum oblatum fuiſſe. Quo ipſo tamen Juri Eorum nihil decedere intelligitur, quo minus illud

illud, ſi velint, libere exercere poſſint. Inſignia etiam nova tribuere, vel vetera mutare atque augere, ſicut Imperatoris eſt, ita durante Interregno ab arbitrio Vicariorum pendet. Add. *Sprenger. d. Vicar. p. 490. §.* Multo minus vero dubitari poteſt, Jure *Comites Palatinos creandi* Ipſos gaudere; quod & ipſo actu Eos non ſemel exercuiſſe conſtat. Sic Electorem Saxonem An. 1657. Comitem Palatinum feciſſe, memorat *Bechm. c. l.* Sic eodem Interregno durante Carolus Ludovicus, Elector Palatinus Jo. Seobaldo Fabritio, Profeſſori Heidelbergenſi Axioma Comitis Palatini contulit, referente *Thulemario d. Octov. c. 22. §. 26.* Pari Jure Miniſtros Militares in bellis, quæ publico Imperii nomine geruntur, a Vicariis deligi, conſtituique poſſe, recte monet *Lampad. d. Rep. Germ. L. 2. c. 19.*

Inſignia conce-dunt.

Miniſtros Militares eligunt.

§. XXXVII. A Gratioſis & Reſervatis tranſimus ad alia Imperatoris Jura, quæ Sereniſſimis Interregibus aſſertum imus. Pertinet huc *Jus convocandi Ordines Imperii, & cum illis Leges Univerſales utque Receſſus condendi;* quod fruſtra *Limnæus* ex falſa ſua & ſuperius jam deſtructa hypotheſi in dubium vocat. Rectius ſentiunt *Maurit. d. Receſſ. Imp. §. 15. ſeqq. Autor* der Grund-Feſte des H. R. Reichs. *Crüger. Diſc. Jur. Publ. 19. §. 14.* Cum quibus etiam facit *Conring. d. Comit. Imp. Germ. §. 8. p. m. 471.* ubi Palatinum & Saxonem tempore Interregni convocare Ordines Imperii nulla ratione impediri, Vir prudentiſſimus monet. Eadem eſt ſententia *Schwederi Intr. ad Jus Publ. P. Spec. Sect. 1. c. 30. §. 3.* Rationes, quibus aliqui jus Comitiorum Vicariis denegant, ſequentes ſunt. 1. Quod ſpeciali Lege non conceſſum. 2. Nullum ejus Exemplum reperire liceat. 3. Quod Electores vi Unionis

Comitia agitare & LL. Univerſales condere queunt.

Rationes diſſentientium.

Electoralis, der Churfürſtl. Vereinigung/ durante Interregno, curam Imperii univerſalem ſibi vindicent. 4. Quod Vicarii illa Jura, quæ Ipſis Lege vel Obſervantia concredita ſunt, diviſim habeant; cum ex adverſo Jus Comitiorum conjunctim ac indiviſim ab illis exerceri deberet. 5. Quod non appareat, qua ratione Illi poteſtate indicendi Comitia fungi posſint. At enimvero ex ſuperioribus facillime hæc omnia dilui queunt. Reſpondemus enim ad 1. ſpeciali Lege opus non eſſe, ubi pro Vicariis antiquisſimum Inſtitutum, & diſpoſitio Aureæ Bullæ, quæ jus Comitiorum non excipit, & temporaria Majeſtas per eandem delata militat. Ad 2. Jus hoc non exercitio & uſu, ſed Legibus Imperii Fundamentalibus, metiendum eſſe. Ad 3. Unionem Electoralem intelligendam eſſe, ſalvo Jure Vicariis quæſito, cui illa nequaquam derogat. Ad 5. Rationem convocandi Ordines, & agitandi Comitia in Vicariis prorſus eandem eſſe, quam ſervet Imperator.

Ad eas reſpondetur.

Vicarii non omnia Jura diviſim exercent.

§. XXXVIII. Reliquum eſt quartum argumentum, quod Vicarii ſua jura diviſim exerceant; cum ex adverſo Comitia ſint negotium univerſale, quod totum Imperium concernit. Atqui falſum eſt, omnia Jura a Vicariis diviſim exerceri; quod vel ſolo Cameræ Imperialis exemplo patet. Opportunum erit, huc referri ea, quæ in ſuperiori Interregno An. 1657. in cauſa Nicolai Drachteri, Civitatis Monaſterienſis Syndici, a Vicariis conjunctim ac indiviſim acta ſunt, referente *Thulden. Hiſt. Part. III. p. 52. ſeq.* Cum enim, inquit *Thuldenius*, memoratus Syndicus e via abſtractus in cuſtodiam eſſet, ac dimitti eum petente Magiſtratu, dimiſſus non fuiſſet, hac ſuper injuria Magiſtratus apud Imperii

Vi-

Vicarios, Bavarum & Saxonem, queſti ſunt. Vicarii Imperiales, quorum ſtudia in eo eniteſcunt, ne quid Interregni Romani tempore capiat Reſpublica detrimenti, in hanc ſententiam ſcribunt Monaſterienſi Epiſcopo: *Benevolentia & Dilectio Veſtra optime reminiſcitur, quam conducibilia ad ſuam a Nobis, veluti hoc tempore Imperii Vicariis, petitionem propter illas cum Civitate Monaſterii, ob jus præſidiorum controverſias, tam ad Monaſterienſium, quam ad Lubecenſium, Bremenſium & Hamburgenſium, Civitates commemorationum ac dehortationum ſcripta maturanda curaverimus. Iam vero, quia Monaſterii Civitas difficultates ſuas cum omnibus circumſtantiis perferendas ad Nos curavit, & hoc ipſum, quod apud confœderatos Belgas auxilium quæſiverint, eo colore ſe excuſaturos facile putant, quia ipſa Veſtra Amicitia & Caritas Miniſtrum ſuum Wilichium Hagæ Comitis reſidentem habuerit. Quid enim prohibeat, quo minus Legibus convenienter in incerta caſuum, & in ea, quæ timentur & præ foribus adſunt, pericula, neceſſariam & maxime utilem curam gerant. Adducunt vero etiam unum & alterum attentatum; quod contra Cæſaris decretum, contraque litis nondum judicatæ rationem graviter peccatum ſit, quodque illis non mediocrem curam injiciat, apud Nos præſertim conquerendi; Redeuntem Hagæ Comitis, Syndicum & Iuris Proliticum Drachterum, qui Urbis cauſa & nomine rem & negotia geſſerit, ab Amicitia & Dilectione Veſtra in cuſtodiam duci juſſum: neque dum libertati reſtitutum eſſe, quamvis pro eo ſatisdare Civitas parata fuerit; & nobilitas etiam ad quoſdam e ſuis hoc negotii allegaverit, ut compoſitum benigne & placide fieret. Nos igitur delatas haſce difficultates & querelas Amicitiæ & Dilectioni Veſtræ ſignificare & mittere neceſſarium duximus. Et quia*

per bujuſcemodi decreta, ut civitas pareret, Dilectio & Benignitas Veſtra, moneri eam a nobis petiit, ideo plane in ſpem adducimur, atque etiam flagitamus pro Vicariatus noſtri munere & officio, ut Caritas & Amicitia veſtra non ſolum in cuſtodia aſſervatum Syndicum, una cum rebus ſuis ab itinere non probibeat; quandoquidem pro eo Civitas cavere prompta ſit; verum etiam omni facinore & hoſtili militantium copiarum conductione, aliisque bellicis apparatibus contra urbem abſtineat, ut ne absque bis tumultibus ſatis miſero & periculoſo Reipublicæ Statu, ad novam inquietudinem anſa præbeatur. Verum ſi quid Caritas veſtra contra illos dicere & inquirere habet, id via Juris & juxta Cæſarei decreti rationem ac ductum incipiat, ad finemque proſequatur. In contrario caſu Amicitia & Caritas Veſtra per ſe facile reputare poteſt, quietem cariſſimæ patriæ noſtræ procurandi, & ſi ulteriores deferantur querelæ, ex præſcripto Imperio Legum & Conſtitutionum agendi neceſſitatem nobis impoſitum iri, XVII. Auguſti, 1657.

Conſentiunt nobiſcum plures.

§. XXXIX. Faciunt nobiſcum præter eos, quos ſupra citavimus, *Kulpis. ad Monzamb. P. 2. c. 5. §. 23. Dn. Horn. Jur. Publ. Prud. c. 45. §. 3. Sinold. Schütz. Diſp. d. Comit. Imp. th. 2. lit. D. p. m. 627.* ubi adjicit, hoc jure indicendi Comitia fretum Rupertum, Comitem Palatinum, Imperii Principes ad Comitia vocaſſe ſuper querelis contra Wenceslaum. Nec vero vel in hoc, vel in aliis Juribus exercendis magis obſtricti ſunt Vicarii, ut conſilia ſua cum Electore Moguntino communicent, quam ipſe Imperator; ut fruſtra ſit *Frider. Gregor. Lautenſack*, quando in *Comment. Jur. Publ. d. ſingul. Jur. & Prærog. El. Mog. §. 21.* ſcribit: Vacante Imperio & Interregni tempore, Electorem Moguntinum eo jure & prærogativa gaudere,

An Vicarii nonniſi conſulto Elect. Mogunt. Comitia indicere queant?

dere, ut una cum Vicariiis præcipuam curandæ Reip. curam ſuſcipiat, &, quæ ex uſu ejus ſunt, delibe- ret, ac ſtatuat; eoque vix eſſe, ut majoris momenti rem aliquam ſuſcipiant Vicarii, quam cum Moguntino non communicaverint. Quod enim Vicarii ſponte & ex libera voluntate quandoque faciunt, ex eo nulla ne- ceſſitas vel obligatio inferri poteſt. Imo non abſurdum eſſe *Arumæum*, quando in *Tr. d. Comit. p. 100. ſeqq.* a Vicariis Comitia, inconſultis etiam Co-Electoribus, cogi poſſe, cum tamen id ne quidem Imperatoribus hodie liceat, contendit, ex iis, quæ in ſuperioribus de Capitulatione Cæſarea ediſſeruimus, abunde liquet. *Notatur Lauten- ſack.* *An ſine prævio Co-Ele- ctorum conſenſu.*

§. XL. Præterea *Monetam Imperialem cudere* queunt Vicarii; eodemque Jure Ipſos ſemper uſos fuiſſe con- ſtat. Sic An. 1612. cuſa eſt in Saxonia Moneta, cujus una pars refert Electorem purpura Electorali indutum, adjectis in peripheria verbis: *Jo. Georg. D. G. Saxoniæ, Ju- liæ, Cliviæ, & Mont. Dux.* In altera parte conſpiciuntur Inſignia Saxonica, adjectis verbis: *Sac. Rom. Imp. Archi- Mareſchall. Elect. & Vicarius 1612.* In altero Interregno, quod An. 1619. contigit, Moneta ab una parte exhibet Se- reniſſimum Electorem, Purpura Electorali circum- datum, & equo inſidentem, ſubjectis Inſignibus Saxo- nicis, additisque ſuperius verbis: *Pro Lege & Grege 1619.* Ab altera parte habentur hæc verba: *D. G. Johann Georg. Dux. Saxon. Jul. Cliv. & Mont. S. R. J. Archi-Mareſchall. Elector. atque poſt Exceſſum D. Imp. Matthiæ Aug. Secundum Vicar. Landg. Thur. March. Miſniæ Burggr. Magd. Com. de March. & Ravensb. Dom. in Ravenſtein.* In ſuperiori Interregno An. 1657. Moneta ab una parte eodem plane modo Sereniſ- ſimum Vicarium ſiſtit, additis verbis: *Deo & Patriæ, 1657.* *Vicarii Monetam Imperia- lem cude- re queunt. Exempla.*

ab altera parte hæc verba leguntur: *D. G. Johann Georg. II. Dux. Sax. J. C. & Mont. S. R. Imp. Archim. Elect. atque poſt Exceſſum D. Imp. Ferdin. III. Aug. Vicarius Landgr. Thur. Marcb. Miſniæ. Sup. & Inf. Luſatiæ Burggr. Magd. Com. de Marcb. & Ravensb. Dom. in Ravenſtein.* Neque vero Ipſi Vicarii ſolum Monetam fabricare, ſed etiam ejus cudendæ facultatem, atque adeo Regale hoc, in ſuo quisque deſtrictu, aliis concedere queunt; &, ut ego ex principiis de Capitulatione Cæſarea ſuperius præſcriptis judico, ſine præſcitu Electorum; in quo conſentientem habeo *Hanſmann. Controv. 6.* Quicquid cum aliis in contrariam partem nitatur *Sprenger. d. Vicariat. Acroam. III. p. m. 246. Conf. Jo. Georg. Krullius d. Iur. Monet. cap. 2. §. 46. ſeqq.*

An & jus monetæ cudendæ aliis concedere? An hoc ſine Electorum Conſenſu?

§. XLI. Denique circa *Ius Belli & Pacis*, quod primo loco commemorari debebat, eædem partes Vicariorum ſunt, quas ſibi Imperator vindicat. Cujus Juris expreſſa fit mentio in confirmatione geſtorum Palatini a Carolo V. facta, *ibi:* Und ſonſten alles, das er zu Unterhaltung Friedens ꝛc. fürgenommen / verordnet und gethan hat ꝛc. Imo ſatis hoc inculcat ipſa indoles *Proviſionis Imperii*; cujus præcipua pars in pace conſervanda, hoſtibusque repellendis occupatur. Neque eſt, cur ſcrupulum nobis injiciat *Limnæus*; qui cum alia Interregum Jura, tum hoc etiam vellicare ſuſtinuit. Cum enim illi, ex inſtituto reſponderit, rationumque & argumentorum, quibus uſus eſt, infirmitatem oſtenderit *Hulderic. ab Eyben d. Jur. Pac. th. 2. lit. b. p. m. 728.* actum agere, & litem illam reſuſcitare non vacat.

An Vicarii Jure Belli & Pacis gaudeant?

FINIS.

CO-

COROLLARIA.

I.

FAllitur *Sprengerus*, quando in *Tr.d.Vicar.p.179. Weſtphaliam* ad terras Vicariatus Palatini refert; quam conſtat olim partem Saxoniæ, eoque jure Saxonico uſam fuiſſe.

II.

Defendi poteſt, eas terras, quæ legibus propriis ſemper vixerunt, neque alterutro Jure, Saxonico, vel Franconico, uſæ ſunt, ad utrumque Vicariatum conjunctim exercen-

Digitized by Google

cendum pertinere. Quo refero Italiam, Bavariam, & Auſtriam; niſi quod hæc, ſi *Thulemario c.* 22. §. *4. p. 375.* credere fas eſt, peculiari pacto & privilegio a Vicariatus Jure exemta.

BIBLIOTECA ... ROMA

Digitized by Google